



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex**

**Delrío, Martín Antonio**

**Mogvntiae, 1624**

Sectio IX. Dé tortura.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

per medium contractus, omnibus tamen illælis, pedibus ergo, quibus equi non aderant, reliquum iter confecerunt, cum Stabuleti in carcere inuisisset Ioann. illum de Vault, cuius causa eo profecti fuerant; is statim illis, bene (ait) in vita expalluistis; nec satis vobis omnia prospere successerunt. Et dissimulantibus illis, casum narravit, addiditque se id à suo demone accepisse, damnum tamen ab alio quodam demone illatum; in iussu suo: voluisse demonem amplius nocere; sed non licuisse. Hinc causam habetis, posse per demonem nocere, si Deus permittat: raro Deum permittere, ne iustitiæ executio in maleficos impediatur. *Plura vide- te sup. lib. 3. part. 1. q. 3.*

Ut illos ergo est monitio, ne iudices illos diu detineant in carceribus, sed vel fontes velox pœna consumat, vel innoxij reperti liberentur maturius: & ut obseruentur, ne qua secum ferant, vel ne qua inferant alij, quib. sibi necesse quæat inferre: & eadē de causa, ne diu solæ permittantur, nihil enim Diabolus diligentius conatur, quam ad mortis consilium illas inducere. Sed cur eas carceribus non eripit? *GRILLAND. quæstion. 9.* scribit quosdam iudices sæpe expertos an solita inunctione Magi capti per dæmonem efferrentur, & nullum vñquam sortilegia, tum effectum sortita. Vnde multos tenuisse, quod captæ à dæmone eripi non possint: & rationes reddit duas, primam quia Diabolus mauult illas in professione sua statim mori. 2. quia DEVS non permittit dæmones exercere potentiam suam, ne id fiat in scandalum ipsorum iudicum, & Dei ignominiam, Nam videretur plus posse Diabolus in suis ministris strigibus, quam Deus in suis, qui sunt iudices, quæ ratio posterior est D. Thom. Confirmatur, quia

**A** Pompeiopoly existens Inquisitor permisit cuidam malefico capto vt se inungeret, & licentiam dedit euolandi si posset, & ille statim sublatus fuit in ærem. Cum Legione in Hispania degerem legi litteras ad doctorem quendam Canonicum datas, quibus hoc inter cætera narrabatur. Ergone hoc tunc accidit, quia cessabat ratio prædicta, nec dæmon poterat videri contra iudiciariam potestatem præualuisse? Suederem tamen Iudicibus abstinere ab huiusmodi experiētijs; in quibus plus est curiositatis, quam pietatis. Punitæ morte iudicum curiositatis ego alias ex Cumano exemplum dedi; quod idem ex Siluestro Prierate *CRESPE- T VS* narravit, *lib. 1. de odio Satana discurs. 15.* Posterior autem illa: D. Thomæ ratio quanti sit momenti dictum iam, *lib. 3. part. 1. quæst. 5.*

## SECTIO VIII.

*De accusatione in iudicio post incarcerationem.*



**D** hac sufficiunt iam à nobis dicta, *sup. sect. 6. si quis plura volet, legat Prosp. Farinac. quæst. 12. & 16. Clar. §. fin. q. 12. cum mul. seq.*

## SECTIO IX.

*De tortura.*



**A** hanc iam diximus, quæ sufficiant indicia, *sup. sect. 3. & sect. 4.* Nunc videndū nobis qualis esse debeat? quando iteranda? decernendaue? & quæ hac in re superstitiosa sint vitanda?

Quoad primum secundumque sunt enim

enim

\* Authen  
hodie. de  
custod.  
reorum.  
Nic. Re-  
mig. li. 3.  
dæmono  
lar. c. 6. 7.  
& 8.

Danget  
Sottar  
4. Go-  
lm. d. c.  
lib. 3. n.

exempli  
ide. nati.  
ib. 7. sect.  
o. in fine

c q. 7. n. 7.

enim valde commissa, quæ de ijs dici possunt, scienda sunt sequentia. Imprimis poterit iudex instituire interrogations ad formulam illam à Grillando traditam; Quid sit illa professio, quam faciunt cum dæmone, & quibus modo & ordine ad illam accedant, & quibus ceremonijs & solemnitatibus in ea utantur: Ad quid se obligent dæmoni? sub qua forma verborum sit ipsa obligatio? quæ sint ab eis seruanda & ad quæ teneantur? quæ premia habeant, & qua habere sperent ab earum PRINCIPLE Dæmone? ex quibus rebus simplicibus vel mixtis componant vnguenta, quibus limant corpora sua dum vadunt ad ludos? cum quibus etiam rebus faciant alia venefica maleficia? quem ordinem teneant, quando accessura sunt ad ludos prædictos? sitne verum quod vadant corporaliter, vel illa sit illusio siue visio quedam in apparentia, in mente, & intellectu? casu quo accedunt corporaliter, an ambulent pedibus propriis, vel aliter deferantur, & quomodo, & per quæ? Item quomodo & qualiter celebrent sacrificia, offerant preces & muneræ dæmoni? Item quæ sint illis in præcipua obseruantia in ista professione?

Et alia huiusmodi quæ iudici ex præcedenti inquisitione, vel denuncia- tione videbuntur exquirenda: postea poterit interrogare de singulis *num hæc, & quando, & cum quibus, &c. fecerint* in his vtile erit à leuioribus, quæ facilius confitetur, ad grauiora progredi, ideo- que vltimò demum loco de copula cum dæmone interrogare (*Spreng. part 3. mallei quæst. 14. & 15.*)

Abstinentum iudici tormentis, si possit abstinendo veritas haberi, qua- stio, enim, res fragilis est, & periculosa, & qua sæpe veritatem fallit d, sæpe fit vt in- nocens pro incerto scelere certissimas luat pœnas e, frequenter tamen cogitur iu- dex quæstionem adhibere, cum qui se

11.1. §  
question  
D. de qu.  
Aristo. in  
Rhet. ad  
Alexa. de  
quæstio-  
ne.  
e D. Augu

A negant crimine quo accusantur teneri, tor- quentur, vt facinoris veritas, qua iudice vo- ce, non promittitur, dolore corporis exprima- tur, teste Beato CYPRIANO f, & est THEOLOGICA sententia commu- nis.

B Torturæ modus iudicis arbitrio committitur, sed debet illud moderari prudentia & equitate; primò, vt præce- dant indicia sufficientia, de quibus egi- mus, Sectione. 1. 2. vt cõstet prius de cor- pore delicti, quod ibidem probauimus. 3. vt reo sit data indiciorum copia, & pro- cessus contra ipsum iam formati, & tempus ad se defendendum sufficiens 4. vt reus nec sit confessus, nec con- uictus. 5. vt per interlocutoriam reum iam damnari ad quæstionem, expres- sis in sententia causis, cur; & reus non appellarit, aut friuole & calumniose appellarit. appellationi enim non fri- uolæ aut calumniosæ deferendum est: adeo vt contra eam tortus & confessus nequeat condemnari. Si cõstet iudi- ci friuolam vel calumniosam esse, po- test eam contemnere: poterit autem credere talem esse, quando in processu erunt indicia legitima ad torquendû, quæ reus in termino sibi concesso non sufficienter expurgauit. Si de hac re iu- dex dubitaret, omnino deberet ap- pellationi deferre, & à tortora super- sedere. 6. debet iudex postquam re- us cibum vel potum sumpsit, propter periculum vomitus, vt minimum quinque vel sex horis, à quæstione ab- stinere. 7. debet pro grauitate delicti, certitudine indiciorum, & qualita- te personarum, etiam qualitatem & grauitatem tormentorum remitte- re vel acuerè. Modos autem & gra- dus torturæ recte proponit FARINA- CIV s. h. debet etiam iudex, licet istud delictum sit atrocissimum, eum modum & diuturnitatem quæstionis

C

D

E

libr. 19. de ciu. Dei

f Cyprian. ad Deme- triam. Ios. Maior. in 4. d. 15. qu 22. Siluel. Tabi & a- llij verbo Inquisi- tio. g de his & seq. vide Propf. Fa- rin. q. 38.

h Sup. a num. 14. in eo,



neo seruare, vt corpus rei maneat vel  
laxum, vel modice laxum, saluum in-  
nocentiæ vel supplicio: illaxum dico,  
quod ad carnis lacerationem, aut olsiū  
vel neruorum fracturam, nam quo  
ad discompaginationem, siue disfun-  
ctionem iuncturarum & olsium non  
immoderatam, vix in tormentis ea po-  
test euitari. Hic merito cunctis sequen-  
da foret (extra tormentum infomnie)  
Pauli III. bulla LVIII. a qua vetat reū  
in tortura vltra horæ spacium deti-  
neri. Debet etiam iudex abstinere no-  
uis, & in sua prouincia inuitatis tor-  
quendi modis; Sed vtatur solitis in hoc  
crimine; vt tormento funis tenuio-  
ris & affusione aquæ frigidæ in tergum  
appensi, vel etiam additis ad pedes pon-  
deribus, vel vt baculo inter pedes in-  
serto nequeat iungere; vel tormento  
vigiliæ omnium optimo & tutissimo,  
quando non additur simul membrorū  
extensio, hoc optime nobis descripse-  
runt Flamin. Cartar. & Farinac. b &  
eo potissimum vtendum quoad mulie-  
res; maxime honestiores, vt sunt mo-  
niales, & c. hæc in inferenda quauis tor-  
tura.

Quoad iterationem quæstionis, ser-  
uandum primo, ne vnquam etiam vr-  
gentissimis indicijs superuenientibus,  
reus torqueatur vltra tertiam vicem,  
etiam si varius sit in cōfessione; quod si  
semper constanter negauerit, non pos-  
set vltra duas vices torqueri, licet cō-  
trarium seruetur in praxi. secundo, nō  
est repetenda eodem die quæstio, sed v-  
nus saltem dies inter singulas est inter-  
ijciendus, vt terror ille & dolor resi-  
deat ei, tertio, nunquam est iteranda ni-  
si superueniant indicia noua, & diuersi  
generis, & prioribus euidentiora: &  
nisi reus sit adeo fortis ac robustus, vt  
animo & corpore in priore tortura  
perdurauerit; item nisi priores torturæ

A nimis lenes & insufficientes fuerint:  
quod dijudicare pendet à iudicis ar-  
bitrio, quarto, si reus in tormentis co-  
fessus, sequenti die non vult ad bancū  
(quod aiunt) confessionem suam ratifi-  
care extra torturam, dicatque se dolo-  
re tormentorum falsa fuisse confessum,  
poterit absque nouis indicijs de nouo  
subdi quæstioni, vt perseueret. Si tunc  
reus in secunda quæstione pergat nega-  
re, primam confessionem expurgat, &  
est dimittendus, nec poterit tertio tor-  
queri: nisi tamen prima tortura fuis-  
set insufficientis & indicia valde vrge-  
rent, tunc ad tertiam posset deueniri. f.  
Quod si in tertia adhuc negat, omni-  
no dimittatur: si in tertia licet in pri-  
ma iterum confiteretur, & post torturā  
ratificet quæstionem omnino est puni-  
endus: si tertia in tortura iterum confi-  
tetur, sed post torturam negat, non po-  
terit quarto torqueri, sed est absolu-  
endus, quia cuncta indicia priora purga-  
uit, & vltimum istud solum ad quæ-  
stionem non sufficit, estque tandem fi-  
nis aliquis quæstionibus imponendus.  
Sic Simanc. supra numero 43. & alij illi  
supra citati. & præterea Boss Blanc. Carer.  
& Farinac. eos sequens supra numer. 99. &  
105. vide Marfil. in repetitione l. repetit. D.  
de quæstion. Et quod tunc simpliciter & ab-  
solute sit dimittendus liber voluit Eymeri,  
in 3. part. director. & Pegna d. comment. 31.  
Anton. Gomez. d. capit. 13. numer. 28. sol-  
uens argumenta contraria. Dambrad. in  
prax. crim. cap. 40. & alij apud Binsfeld.  
l. 7. ne malef. C. q. 1. conclus. 16. Estque  
non illepidum quod narrat Marfil. ha-  
buisse se Mediolani quendam insignē  
nebulonem; qui in tortura fatebatur,  
& in auditoribus post torturam cūcta  
iterum negabat tandem rogatus quare  
sic faceret, renidēs respondit, quia me-  
lius iudico mihi lies torqueri in brachij;  
quam semel in gula, quare? quia

e Sic Si-  
mac. sup.  
n. 43. & i  
suis prac  
Milleus,  
Clar. Dā  
haut. &  
Cartar.  
f. hæc est  
mēs etiā  
Simā sup  
nu. 46. &  
Fran. Pe-  
gnæ in  
directio-  
quisit. 3. p  
com. 39.

multos reperias chirurgos, qui norint sua in loca reponere & coaptare ossa brachiorum, nec vnum inuenias; qui norit reaptare gulam, & similibus sibi illudentem Hippol. Marfil. coactus fuit liberum dimittere. Porro qui dimittendus, eum censeo dimittendum absolute & simpliciter; sine fideiussoribus, idque ex receptiore sententia; neque causam indecisam relinquendam. Si tamen indicia non forent per reum sufficienter purgata; vel etiam verisimiliter expectaretur indicia noua & clariora praecedentibus; tunc, ex multarum Curiarum praxi, posset reus dimitti data fideiussione de se repraesentando, cum iterum à iudice accerteretur; & tunc, cum ista indicia noua superuenerint, reus iterum examinatur, haec dimissio tunc non est absoluta, sed stantibus tantum rebus, prout tunc se habebant. vt bene possit Boer, & Carautam Clarus qu. 62. & Damhaud sup. Praxis vero illa quae Sprengerus ponit, part. 3. Malles q. 14. vt damnetur non ad torturam iterandam, sed ad eandem alio die continuandam, & hoc posse fieri non ortis nouis iudicij, mihi callidior, quam verior; & crudelior, quam aequior videtur. Nec enim decet huiusmodi verborum captiuculis sauitiam intendere, quid prodest vocare continuationem, quae reuera est iteratio? quam durum etiam est, per continuatos dies quaestionem exercere? absint à pijs iudicibus huiusmodi commenta. Quod dixi, secunda vel tertia vice iterari tormenta posse; id procedit, quando reus duntaxat cauetur dolore quaestionis, se victum fuisse; sed si contenderet erroneam fuisse confessionem, & se paratum probare suum errorem, & adsint aliqua indicia pro reuocatione facientia, tunc non posset iterum subijci quaestioni, sed debet ei spacium tribui probandi erroris, interea latius

A haberi, & admitti ad eam aduocati ac procuratores, vt possint cum ijs conferre g. Haec de reo non conuictio.

Ceterum si reus sit conuictus, consultius est iudici non subijcere eum quaestioni, quia tortura solet indicia praecedentia purgare, immo & plenas probationes; & ideo reus etiam conuictus in tortura, & post eam constanter persistens, foret liberandus, vt ex communi Dd. sententia docet Farinac. h. Et licet multi grauisi iuris interpp. existiment, adhuc huiusmodi posse condemnari i. & sic Parisiensis Curia, teste Paponio, aliquoties iudicauit; contrarium tamen, quod dixi, communi & verius esse, cum Cartario censuit. Farinac. saltem quoad poenam ordinariam, vt ea infligi non possit; extraordinariam non corporalem fatetur infligi posse, quando conuictus tantum

B fuit praesumptionibus vrgentissimis; quod si conuictus fuerit plenis probationibus, tunc posse infligi poenam corporalem extraord. etiam triremium. Sunt tamen aliqui casus, quibus tortura reum conuictum non eriperet punitioni ordinariae. 1. si non detur super delicto, de quo quis fuit confessus, vel conuictus; sed ad notitiam aliorum delictorum. 2. quando datur tantum pro habenda vltiore veritate qualitatum

C aggrauantium. 3. quando irrogatur ad habendos complices, fautores receptatores, & alios participes. 4. si iudex discernit eam cum protestatione, id est facere sine praedicio probatorum; & reuera haec protestatio non appareat contraria facto, vt apparet, si reus interrogaretur super principali delicto, etiam ore tenus & non scribente notario. Sed vtrum iudex possit reum testibus plene conuictum torquere? Nauarr. in Man. capit. 18. numero 59. respondere

D iudicem

E

iudicem

iudicem qui hoc facit ad impediendam rei appellationem, peccare Mortal. nisi constet calumniosam ac friuolam fore appellationem. In illis locis ubi necessaria est rei confessio, non habet locum Nauarr. sententia: ubi non est necessaria, procedit quoad tormenta ad hoc instituta, vt delictum illud, de quo conuictus est, fateatur; non quoad complices nominandos, aut circumstantias delictum aggravantes, de quibus non est plene conuictus.

Quoad personas torquendas crimen istud est exceptum, ideo priuilegio suo omnes spoliatur; diuersimode tamen. Nam qui sunt priuilegiati, ratione dignitatis vel ordinis; illi plane spoliatur, etiam clerici & monachi etiam non infamati, mitius tamen sunt torquendi isti, quam alij vt docet Simancas. Quoad eos qui sunt excepti ratione ætatis; puto si sint minores annis XIV. tantum esse terrendos, etiam terrore reali; vt nudando, ligando, & ad eculeum adducendo, non tamen imponendo. Si minores tantum viginti quinque annis ingressi saltem decimum quartum, torquendi, sed mitius, quam maiores: senes vero, pro cuiusque viribus minus tamen acriter, quam viribus. Idem de cæteris priuilegiatis ratione debilitatis, qui torqueri poterunt moderatus, dummodo absit mortis omne periculum: excipiendæ semper prægnantes, fauore partus, donec pepererint, & periculum illud euaserint: quoad alias mulieres, nihil peculiare est, nisi quod honestatis, quam in viris, adhuc maior habenda ratio maxime si virgines, aut sanctimoniales sint.

Quoad tertium dubium, sciendum multos maleficos contumacis tormenta perferre, munitos (vt ipsi vocant) remedio siue, *maleficio Taciturnitas*: quod maleficium et tradunt

componi ex corde, vel alijs membris infantuli non baptizati, violenter necati, & in puluerem redacti, quibus cineribus corpori inspersis, vel occultatis, silentij hanc vim consequantur. Certum est in tormentis multos hoc silentium retinere, vt a scriptores plerique testantur. & quotidiana narrat experientia. Fit autem hoc artificio Diaboli multis modis, quorum quosdam obseruat Binsfeld etenim multiplex est causa huius silentij, vel enim tacent quia dolorem non sentiunt, vel quia loqui non possunt; etiam si sentiant; vel quia nec sentiunt, nec loqui possunt; vt quando profundo somno opprimuntur, (somnia hunc conciliat dæmon causis mere naturalibus, vt medicamentis soporiferis & similibus) vel sane, quia licet sentiant & loqui possint, robusti tamen atque fortes omnia tolerant, & obstinato animo cruciatum interrogationesque omnes contemnunt. vt non sentiant, solet dæmon efficere per quædam naturalem vim obstupescendi sensus habentia; quibus fit, vt vel dolorem non sentiant, vel lenior & tolerabilior dolor videatur, de qua res actum superius, lib. 2. *questio. 21.* Aliquando pondera appensa ipse leuat, & corpus ipsum subleuat, funes quoque quibus ligati & extensi laxat, aliquando vero ea quæ corpori infligi, vel infundi videntur; ipse alio auertit, aut vim eorum priusquam corpus contingant tollit, aut aliquid medium densum & solidum: quod simul facit ne abstantibus sit conspicuum: interponit. Aliquando denique corpus ipsum malefici ex eculeo tollit, & aliud substituit: quæ cuncta cum DEVS permittit, illi facillima sunt, rarius tamen hanc super positionem corporis alterius contingere puto: fre-

d. Eymeri. part. 3. Direct. inquisit. & ubi Penna comment. 19. Grl. de tortur. q. 4. an. 12. Damaud & alij. e in d. l. 7. p. 1. conclus. 15.

ad tit. 12. an. 23.

est com. unior. vt patet ex hac Portic. con. 99. Simanc. sup. n. 21. & 22. Pannac. q. 4. n. 103.

GG. Spreng. mal. malef. p. 3. q. 14. & 15. & ex eo alij.

quentius auersionem illam siue depulsi-  
onem, item interpositionem (quam  
dixi.) Et vel vehementer fallor, vel  
plane id factum in Lycantropo illo  
Vestphalico annis superiorib. de quo  
vt, ex ore, *Seremiff. Electoris Ernesti, Ba-  
uaria Ducis, Carolus Bilheus Vir. Clar.*  
mihî narrauit, ista ferebantur: homi-  
nes vicies (*en, iudicium clemens arbitrium,*  
*quo se porregat in illis partibus Aquilona-*  
*ribus*) sæuæ quæstioni subditum, nihil  
falsum, sed renidenti ridentique simi-  
lem cuncta supplicia pertulisse, tandē  
carnificem reo poculū quoddam me-  
dicatum præparasse: & ipsum quidem  
purum putum vinum propinasse, bi-  
bisseque, reo vero exhibuisse potio-  
nem illam alteram, sic imposuisse, ec-  
ce tibi confestim reum omnia sua faci-  
nora narrantem; & inter cætera, lu-  
strorum aliquot Lycantropiam, & que-  
tum plurima perpetrarat. quærētibus,  
vnde hæc tam subita mutatio? respon-  
dit, pactum se cum dæmone, eumque  
sibi pollicitum, hanc indolentiam cum  
taciturnitate in tormentis, & omnia  
supplicia, quæ carnifex ipsi infligeret,  
in se illum suscepturum. (*hoc scilicet,*  
*vt dixi, aduersionis. & interpositionis*  
*modo. Stultus enim sit, qui existimet ipsum*  
*in proposito dæmonem torqueri potuis-*  
*se*) mox vero vt illud (nescio quid) bi-  
bisset, dæmonem abcessisse vel inui-  
tum, vel pacti contemptorem, ideo  
se nolle amplius torqueri, malle spon-  
te profiteri. Silentium etiam solet  
Diabolus inducere occupatione cor-  
poræ malefici, præclusis illi interius  
faucibus & ore, ea moderatione, vt  
non præfocetur, loqui tamen non  
queat; interdum etiam organo audi-  
tus sic obstructo, vt iudicis voces in-  
terrogationesque non exaudiant rei;  
quorum omnium exempla suggerit  
Nicol. Remigius f. Aliquando dun-

fil. 3. Dz  
monolat.  
c. 8. & 9.

A taxat prope adsistit & dehortatur à  
confessione, adhortaturque, vt bre-  
uia hæc tormenta, spe vitæ præsentis  
longioris, & æternæ cum illo beatita-  
tis, fortiter terant; demum addit mi-  
nus & intentat læuora, si quid pro-  
mant. Denique solet illis membran-  
ulas & alia instrumenta magica, varijs  
notata characteribus, suppediare, qui-  
bus in locis corporis secretissimis abdi-  
tis, ex pacto sensum adimit doloris.  
B Nonnunquam etiam per alias malefi-  
cas (vt ait Sprenger. supra quæstion. 15.)  
maleficiantur quantumcumque remo-  
tas. Prout malefica quadam in Israhel se  
iactare solebat, quod vbi ad minus filium ex  
vestimentis alicuius detenti haberet, tan-  
tum efficere posset, quod quantumcumque tor-  
mentaretur, etiam vsque ad mortem, nihil  
fateri posset. Sed hoc totum ex pacto  
Diabolus faciebat.  
C Vt his iudices obuient, quid non mo-  
liuntur multa rite, multa perperam.  
Sunt qui prophanam frigidam ori in-  
fundant, id si in ipsa quæstione fiat.  
quia cruciatum adfert, & periculosam  
conuulsionem, pars tormenti censend-  
um; si post quæstionem, adhuc æstu-  
ante corpore, idem arbitror? si diu  
post, quid operari queat, nisi ex pacto  
& malefice, non intelligo; minus si an-  
te quæstionem, vt plerique solent: ca-  
uendum ergo. Qui benedictam a-  
quam infundunt, siue ante quæstionem  
siue in quæstione, si sic directe ad veri-  
tatem promendam putant eas adigi,  
vereor ne superstitiosi, sin indirecte,  
quod obfessas credant, vel dæmonem  
prope adsistere, & ideo piacularē hanc  
vndam propinant, vel inspergunt; non  
ausim damnare. Probem magis. Catho-  
licis enim constat, fugado dæmoni ef-  
ficacem hanc lympham. quare fortassis  
etiam suadendum, vt citra superstitionem  
circumcirca equuleū aspergatur

locus

locus, & sit in loco quæstionis vsui futura aqua benedicta. Examinemus nunc quædam hac in re à Sprengero & socijs tradita. *Primum* suadent reum diligenter induci verbis & rationibus, spe dubia addita; quod forte non damnabitur ad mortem si confiteatur, vt veritatem non celet, & Deo det gloriam. hæc diligentia laudabilis est. Nam mediato frequens (vt aiunt) & carceris calamitas, & multiplicata informatio proborum virorum, solent disponere ad veritatem eruendam. Et à nobis (addunt) expertum est, quod per huiusmodi informationes maleficæ taliter confortatæ fuerint, vt in signum resistentiæ in terram spuentes, quasi in faciem Diaboli, dicerent; faciam quod iustum erit, & consequenter etimina sua fatebantur.]

*Secundo* vt dum ministri separant ad torquendum, alij interea expolient reum; (si sit mulier, expolianda fuerat à mulieribus alijs, antequam ad carcerem ducta) ne quid in vestimentis (vt iam dixi) lateat maleficij.

*Tertio* debent capilli capitis & barbæ abradi, immo & per totum corpus etiam in partibus secretioribus: si femine sint à feminis, si viri à viris: & sic cauebitur inhonestas & inuerecundia, propter quam Inquisitores Germanici Sprengerus & socij non ausi fuerunt hoc vti remedio, vt ipsimet profiterentur, addentes alibi hoc in viu esse b. Tamen (inquiunt) in alijs regnis inquittores talem per totum corpus abrasuram fieri mandant. Vnde & Cumanus inquisitor nobis insinuauit: quod anno elapso, (qui fuit 1485.) 41. maleficus incinerari mandasset omnibus per totum corpus abrasis. Et hoc in districtu & comitatu Buriæ, in conspectibus Archiducis Austriae versus Mediolanum.

Et hoc remedium multum prodesse,

A inter alios duobus exemplis lectu dignissimis, sed, propter prolixitatem, nunc à me omittendis: quorum ipse testis oculatus & iudex fuit, confirmat Iud. Damhauderius c. In hac tonsione illud moneo obseruandum, si fiat duntaxat, ne maleficium lateat foraminibus corporis insertum, vel crinibus insertum, rite id fieri: eademque de causa putarem, ne qua vnctio subesset, etiam totum corpus aqua calida prius diligenter abluendum: sed si tonsio fieret ex opinione, quod per eam robur corporis & animi fortitudo pereat, exemplo Samsonis, (in quo totum id diuina virtute contingebat) & etiam documento Apollonij Tyranaei: d. putarim serio hoc esse Magicum & superstitiosum.

B Addunt & quartam cautelam, si inuestigare (inquiunt e, addo verba ne quid visis magnis videar affingere) affectat, an maleficium taciturnitatis sit inuoluta, an lachrymari coram eo queat stando, aut tormentis exponendo. Hoc enim ipsum pro certissimo signo, ex fide dignorum antiqua relatione, ac propria experientia docente, adeo compertum est, quod etiam si ad lachrymandum conuersionibus hortetur & compellatur, si malefica existit, hoc ipsum scilicet lachrymas emittere non potest: dabit quidem flebilem vocem, & exspuato genas & oculos linire, ac si fleret, aut tentabit: super quo à circumstantibus cauce aduertendum erit. Modus autem coniurandi ad lachrymas veras, si innoxia fuerit, & cohibere lachrymas falsas, talis vel consimilis in sententia practicari à iudice potest seu presbytero, manum super caput delati seu delata ponendo: Coniuro te per amarissimas lachrymas à nostro Salvatore Domino, &c.] Quis miretur sub ea temporaria hæreses inualuisse, quando huiusmodi: quæ nec Scripturæ sacræ, nec Conciliorum, nec Decretorum

e prax. cri  
c. 37. n. 21.

d Philost.  
l. 7. & 8.  
Nic. Rem  
l. 3. c. 93.  
e Mall.  
Male. d. q  
l. 9. 15.



Pontificiorum, nec Patrum, nec Ecclesie consuetudine introductæ sunt formulæ, ad supersticiosas obseruationes accedebant? Iam ante docui indicium istud lachrymarum prorsus esse fallax, & annumeranda haud dubie experientia, supersticiosi alijs explorationibus, quas mox refellam. Formula ipsa nihil continet impij, sed formulas huiusmodi iudicibus præscribere mere arbitrarías, & fallaci duntaxat experientie: non satis pium, neque religiosum, est, & sapit tentationem Dei. Nec ratio etiam quam addunt est bona: scilicet hoc contingere, quia gratia lachrymarum in poenitentibus donum est Spiritus sancti: & Diabolo displicet, ideo illam conatur impedire. Age enim, si oratio illa efficax ad donum à Spiritu sancto impoententi & nolenti maleficæ impetrandum, ad lubitum interrogantis latrunculatoris: (quod quis credat?) sane Diabolus non magis poterit has lachrymas impedire, quam cordis poenitentiam: si non est ad hoc efficax, cur id Diabolo displiceat: cui factæ lachrymæ non possunt non placere? cur ergo per huiusmodi commenta; ab Ecclesia non approbata, via struitur similibus superstitionibus? Præterea cur nequeat Diabolus lachrymas si velit elicere, quas muliebri ingenium cum lubet elicit, & in superstitione Flentium Picarditarum?

HH

*Quintam* Insuper addunt iidem scriptores, *Tonsis capillis capitis, cum calice aut scipho aquæ benedictæ, guttulam cera benedictæ, immittendo, & inuocatione sanctissimæ Trinitatis, ieiunio stomacho triticis in potu ministrando per Dei gratiam à plerisque taciturritatis maleficium abstulimus.* Cetera transire possunt, cauendum ne vis ponatur in numero illatenario, aut in ieiunio stomacho,

A vtrumque enim impertinens est ad effectum.

*Sextam* ponunt de tollendo hoc maleficio per alias maleficas: sed hoc merito improbant, & de hoc postea agitur copiose libro sequenti. *cap. 2. quest. 2.* Obijcitur factum Præfulis Ratisponensis: Quod dum quidam hæretici propria confessione conuicti, vt impoententes & defensores perfidie mortui fuissent adiudicati, accidit vt in rogo illæsi persisterent: proijciuntur ergo in profluentem: sed nec aquis demerguntur: Nutare multi, & fidem illorum suspicere. Sollicitus de gregis salute bonus pastor, triduanum indicit ieiunium, & preces Deo fundendas. nondum expleto triduo, venit quidam, & denunciat hosce sub vno brachiorum hebere maleficium insertum inter carnem & cutem inuento & amoto, confestim illos vindex flamma concremauit. Hunc ergo inquit denunciato rem fuisse Necromanticum, & eius præfulem vnum denunciatione. Sed qui narrat Sprengerus, dubius fuit an Necromanticus fuerit, necne. potuit enim Deus bono illi præfuli id aliter reuelare, in causa tam graui & populo necessaria. Deinde nos non omnium hic facta defendenda, sed causarum ac gestorum pondera liberanda suscepimus.

*Septimam* ergo hinc eliciunt, deo-  
tas ad Deum orationes iunctas ieiunijs  
& bonis operibus; immo & populo in-  
dici poterunt preces publicæ ad inuo-  
candum diuinum auxilium in genera-  
li, & vt contra dæmonum quascunque  
E infestationes cælitum auxilia implo-  
rentur: Iuxta illud boni Regis Iosa-  
phat *f. Deus noster ergo non uindictis eos?*  
*In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt*  
*possimus huic multitudini resistere, que*  
*irruit super nos. Sed cum ignoremus qui*

f. Peri  
20. n. 11.

agere

agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.]

a Spreng.  
d. p. 3. q.  
16. Per.  
Greg. d. 13.  
de rep. c.  
30. n. 5.

Ostiuo loco addunt quaedam, mihi quidem non parum suspecta, nempe: quoad diem, ut infra missarum sollemnia & sacratorib. diebus, maxime sextis feris quousque sit compulsus pro expectatione saluatoris nostri, malefica interrogentur. item si sal aut alia res benedicta cum septem verbis qua Christus protulit in cruce, in sedula conscripitis, simul colligatis, collo malefici alligentur; longitudo Christi benedicti super nudum corpus & extra circumcingantur. ] Ego (quicquid illi dicant de experientia) illi experientiae non fido. Reliquias Sanctorum appendicillo, aut quasuis res Ecclesiasticorum ritu benedictas, cereas effigies A GNI DEI ( ut vocant ) salem benedictum, &c. probo, dum desit irreuerentiae periculum. & scio quoad agnum Dei hoc multis feliciter cecidisse. de verbis certis scripturae, quid sentiam iam dixi libro. i. quaest. de periaptis. De longitudinis Christi Domini mensura, quid illa operari idonea, nouit Deus: sane cum benedicti illam prius volunt, indicant, hoc benedictioni Ecclesiae tribuendum. in ipsa etiam circumdatione, aliquid vereor ne sit mendosi. Dierum illa observatio suspecta quoque non immerito. Sed & iura festis diebus abstinere iudicialibus iubent, nisi quando periculum esset in mora, ut patet ex lib. Prouinciarum C. de feriis, ideo quod iure receptum, ut in atrocioribus criminibus quouis festo, etiam in Paschalibus, liceat torquere, sed ad Dei honorem ( ut addunt DD. ) id ego certe ad casum periculi lubenter restrinxerim. In genereta men loquuntur ( ex l. nemo C. de Episc. audien. Bald. Spec. & alij quos sequuntur Clarus §. fin. q. 64. numer. 34. & in Binsf. in l. 7. C. de malef. quaest. 1. con. luf. 18. ) Sed

A cum idem Clarus fateatur timentos Deum iudices his diebus nunquam aliquem poena sanguinis afficere ) vide illum quaest. 97. v. 6. idque in Dei honorem; non video cur, cessante illo periculo, non sit idem dicendum de tortura.

B Nono adijciunt in ipsa quaestione, legenda dicta testium, submissis nominibus, dicendo: Ecce conuicta es per testes, &c. Hoc non satis intelligo. Nam si velit duntaxat nomina testium taceari, parum ad rem. hoc enim etiam extra quaestionem seruandum, de quo superius. si summissa voce nominari, ita ne reus exaudiat nomina, exaudiens tamen reliqua: sane hoc superstitiosum est.

C Decimo monent interrogandum reum, an velit subire indicium ferri candentis, & annuat, cognosci verum esse maleficum: profecto id fallax est in primis: deinde iniquum proponere reo, quod ei facere, vel iudici non liceat permittere.

D Undecimo monent eos qui nihil in tormentis confessi, de carcere pannofo, ad benemuntam, sed minus incommodam mansionem transferendos nullo tamen modo relaxandos sub iuratoria vel fideiussoria cautione: quia si nunquam veritas ab ita relaxatis habetur, sed semper deteriores efficiuntur. In primis potest casus occurrere in quo licet sint relaxandi ad meliorem custodiam: iudici tamen tum vehementer cauendum, ne alijs sint noxae suo exemplo, vel verbis. Deinde potest etiam contingere, ut locus sit cautioni fideiussoriae, ut superius dictum. Nec satis certa illa affirmatio, nunquam meliores effici. Non est abbreviata manus Domini, & praecedens vexatio dare potuit intellectum.

E Aliq, quae Sprégerus addit, mox commemorabimus loco suo. Nunc ponamus XII.

quidam

b. l. 3. de la  
mijis c. 10,  
n. 39.

quidam ex b Francofurteni l. C. quod  
addo, vt videtur, quia mere superstiti-  
osum. Quidam (ait) ne dolores senti-  
ant solenthos versus pronunciare:

*Imparibus meritis tria pendent corpora  
ramis.*

*Disinas & Gestas. &c.]*

Quis non hæc rideat? scilicet iam  
vis etiam in Hexametri pedibus: sub-  
iungit & quædam ex Psalmis. Et homo  
religiosus non audeat hæc pronunciare  
superstitiosa, vt facit merito) sequen-  
tia Grillandic, nempe ad eruendam  
veritatem iudici pronuncianda esse  
verba Prophetæ: *Dominus labia mea ape-  
riat, & os meum annuntiabit veritatem.*  
Nonne hic ipsa Psalmi verba detor-  
quentur? cur ergo vim arcescit in verbis  
Prophetæ? item quis illa pronunciat?  
iudex? qui hoc ad reum? reus? primum  
quid si nolit? deinde certe inuitus pro-  
nunciabit, nec impetrabit. Sed nugas  
mitto.

### SECTIO X.

*De alijs medijs veritatem per-  
scrutandi.*



**A**toris momenti quæstio  
est, iuceatne iudici dolo fal-  
sis promissis, vel mendacijs  
a reo veritatem elicere? v. g.  
si fingat eum ab alijs etiam complici-  
bus denunciatum, si promittat libera-  
tionem, quam ei non cogitat, nec vult  
impendere nec de iure potest. Homo  
præcipitis ingenij & noua ac periculo-  
sa amantis io. Bodin. d hæc omnia iu-  
dici permittit. In primis dum asserit  
licere mentiri, hoc hodie hæreticum  
est. fide enim tenendum, mendacium  
(quod nomen huiusmodi mereatur) esse  
rem simpliciter & per se malam, ideoq;  
adeo illicitum, vt nec Pontifex dispen-  
satione bonam facere possit: quæ est se-  
ntentia non D. Augustini modo, & Tho-

mæ, vt nugatur Bodinus: sed hodie  
communis Catholicorum e, qui illam  
sacris Scripturæ locis optime confir-  
mant. Fuit id sententia Bodini M. Ma-  
rulus libro 4. de Institut. bene viuendi ca-  
pitulo 4. Sed errore animaduerso, eius  
interpres Gallicus plane contrariam  
Marulo sententiam tribuit: & multas  
paginas, quæ non sunt Maruli, Maru-  
lo inferuit, dictorum ipsorum Maruli  
confutationem pro Maruli dictis con-  
tinentes; quam bono exemplo & pru-  
denter ipse viderit. Argumenta Bodi-  
ni ex sacris literis facile soluuntur, &  
nos in tractatu de Mendacio soluimus  
omnia.

Sed nota aliud esse dicere aliquid fal-  
sum, aliud occultare aliquid verum (vt  
notat D. Augustinus) veluti cum vti-  
mur, non mendacio, sed æquiuocatio-  
ne: prius illud non licet cuiquam, ma-  
xime iudici qui in hac re grauisima, &  
in iudicio scilicet mentiens, haud du-  
bie peccaret mortaliter h. posterius ve-  
ro istud saepe licet. prius pertinet ad  
dolum malum, quia est contra legem,  
diuinam & humanam; posterius perti-  
net ad dolum bonum, quia nec iure  
diuino nec humano repugnat, & diri-  
gitur in bonum reipub. & iustitiæ ex-  
secutionem, his poitis sit prima con-  
clus. *Poterit iudex vti æquiuocatione &  
verbis subdolis (citra mendacium) & am-  
bigua pro- iustione liberationis, vt reum in-  
ducat ad fatendum veritatem, & aucto-  
rem criminis commissi deprehendat.* Est cõ-  
munis opinio Dd. apud Couarr. &  
Plaxam. Dissentit quidem ab hac Iul.  
Clar. m sed non distinguit mendaci-  
um à sermone æquiuoco: immo aper-  
te loquitur de eo qui expresse im-  
punitatem promittit quæ tanè promit-  
tio ad Bodini casum pertinet, nec mi-  
serint tali promissione vti. Sane fateor

iudicem

c de quest  
4. n. 14.  
dl. 4. da-  
monõ. c. 1.  
d. Aug. l.  
cont. men-  
tac. epist  
ad Hiero.  
& in Pla.  
s. Amb. in  
c. caute  
2. q. 1.  
Greg. Ili-  
dor. lunc-  
cent, & a-  
lijs apud  
Gratiã d.  
q. 22. d.  
11.  
Th. 2. 2. c.  
110. art. 1.  
Alf. a Cast  
l. 10. in  
verb mē-  
daciũ  
& alijs.

f. Pl. 1. v. 9.  
Cap. 4. v. 11.  
Ecc. 7. v. 1.  
14. Bp. 1. 4.  
15. Apoc.  
21. v. 8.  
Superd.  
Pla. 5. & l.  
22. cõtra  
Fau. c. 34.  
b bene  
hoc do-  
cent ex D.  
Th. Cõtra  
a. Nau.  
Cõuar.  
Bunsfeld.  
p. 3. dubij

i Hadrian  
Quod li-  
ber de  
men tac.  
k de quo  
multa dicit  
Com. m.  
cõtra d. u.  
le reg. m.  
1. 1. v. 1.  
c. solut. c.  
2. 110. f. 8.  
Plaza. lib.  
1. Delict.  
c. 3. n. 11. 1.  
n. 1.  
m. d. 8. f. 1.  
15. v. 7.